

DE
CARTESIANIS
&
CARTESIANISMO

Brevis
DISSERTATIO

QUAM
ANNUENTE SUMMI NUMINIS

Gratiâ

SUB PRÆSIDIO

M. JOH. CHRISTOPHORI STURMII,

PHYS. ET MATHEM. P. P.

IN AUDITORIO MAIORI

Publicè defendet

GEORGIUS SEBASTIANUS KRAUS

NORIMBERGENSIS.

ad d. 31. Martii

M. DC. LXXVII.

ALTDORFFI

Typis Johannis Henrici Schönnerstædt.

DE
CARTESIANIS
&
CARTESIANISMO

Brevis
DISSERTATIO

QUAM
ANNUENTE SUMMI NUMINIS
Gratiâ

SUB PRÆSIDIO

M. JOH. CHRISTOPHORI STURMII,

PHYS. ET MATHEM. P. P.

IN AUDITORIO MAIORI

Publicè defendet

GEORGIUS SEBASTIANUS KRAUS

NORIMBERGENSIS.

ad d. 31. Martii

M. DC. LXXVII.

ALTDORFFI

Typis Johannis Henrici Schönnerstædt.

4

DE
CARTESIANIS
&
CARTESIANISMO

Brevis
DISSERTATIO

QUAM
ANNUENTE SUMMI NUMINIS

Gratiâ

SUB PRÆSIDIO

M. JOH. CHRISTOPHORI STURMII,

PHYS. ET MATH. P. P.

IN AUDITORIO MAIORI

Publicè defendet

GEORGIUS SEBASTIANUS KRAUS

NORIMBERGENSIS.

ad d. 31. Martii

M. DC. LXXVII.

ALTDORFFI

Typis Johannis Henrici Schönneritzædt.

4

DE
CARTESIANIS
&
CARTESIANISMO

Brevis
DISSERTATIO

QUAM
ANNUENTE SUMMI NUMINIS

Gratiâ

SUB PRÆSIDIO

M. JOH. CHRISTOPHORI STURMII,

PHYS. ET MATHEM. P. P.

IN AUDITORIO MAIORI

Publicè defendet

GEORGIUS SEBASTIANUS KRAUS

NORIMBERGENSIS.

ad d. 31. Martii

M. DC. LXXVII.

ALTDORFFI

Typis Johannis Henrici Schönnerstædt.

OFFICE OF THE
COMMISSIONER OF THE GENERAL LAND OFFICE

WASHINGTON, D. C.

APRIL 15, 1904

DEAR SIR:

YOUR LETTER OF APRIL 14, 1904,

RECEIVED AND THE MATTER IS UNDER CONSIDERATION.

VERY TRULY YOURS,

W. M. HARRIS,

COMMISSIONER.

BY _____


APR 15 1904

U. S. DEPARTMENT OF THE INTERIOR

GENERAL LAND OFFICE

WASHINGTON, D. C.

RECORDED & INDEXED



DE
CARTESIANIS
 ET
CARTESIANISMO
 DISSERTATIO.

§. I.

Visquæ adeò exosum est hodie Cartesianorum nomen, non Viris tantùm Theologis ac Philosophis bene multis, sed integris quoque Collegiis & Academiis Germaniæ nostræ, ut Cartesianus qui audit, gravi videatur multis urgeri convitio. Neque nunc demum relcivimus, ab aliquot retrò annis nos quoque Cartesianismi suspectos non solum quibusdam, malevolis nostris dicam, an aliunde præcipiti zelo correptis, sed & illorum instinctu, procul dubio, Viris Patronis ac cæterà nobis faventissimis, fuisse, non fortè nullis etiamnum esse. Quamobrem etsi nondum exciderat illud Epicæti, *ἢν δ' ἀνὴρ ἴσῳσι ἀγῆρι οὐ, μὴ ἐπιστόν' ἄλλο γὰρ ἂν ἔτ' ἐσιόον.*, id tamen hæcenus agere, quoties occasio ferret, consultum duximus, ut eos nos non esse, quos alii finxerant, alii ab his seducti credebant, ipsâ re potius, quàm verbis contentiosè demonstrarem: non tam ut famæ nostræ consulere quam læsam isto cognomento existimâssemus (si quid enim mali recondit ominosum Cartesii nomen [CARTESIUS, ex Amici cujusdam lepido Anagrammatismo, SECTARIUS] id quidem falò nobis tribui, probè nobis eramus conscii; si quid boni, id displicere non poterat) quàm ut obstacula ista, quæ sub arcendi Cartesianismi prætextu Philosophiæ nostræ cursum inhibere quoquo modo posse videbantur, lentè ac modeste removeremus. Nec malè cessit istud consilium, cùm id falsitatem obtinuisse nobis videamur, ut, Unis Aristotelis hypothesibus

A

bus

bus circa res naturales ad quietem nos nec posse nec velle, sed & Cartesianæ Scholæ juratos ac prorsus addictos sive esse sive haberi nolle, palam sit. Quod effecisse cum satis haberemus nobis, animum tandem incescit lubido id nunc demum agendi, quod ad excutiendam omnem istam suspicionem jam pridem ac utiliter egissemus, siquidem ea nos adeo anxios habuisset atque sollicitos; de *Cartesianis* videlicet & *Cartesianismo* publicâ dissertatione mentem nostram ingenuè & candidè aperiendi.

II.

I.
Cartesiani primo modo dicti.

Quod ut distinctè fiat ac dilucidè, *Primo* quidem omnium, ac præcipuè *CARTESIANORUM* nomen inmerentur, qui Philosophiæ suæ Ducem ac Magistrum venerantur unum *Cartesium*, ex hujus unius scriptis sapiunt, hunc, ut olim Peripatetici suum *Aristotelem*, Philosophum secundum excellentiam salutant, hujus decreta & effata tanquam oracula allegant; ejus omnia adversus omnes acerrimè propugnant, commentariis illustrent, immodicis laudibus extollunt; verbo, Stagiræ Tyrannidis jugum excussisse visi, imò gloriati, Perronico dominatui colla subdunt, ita Philosophiam quidem aliam sed eodem, h. e. æquè servili philosophandi more, sectati: quales equidem, & habuit antehac quam plurimos, & habet etiamnum multos, Cartesianæ Philosophiæ sedes & quasi natale solum, *Batavia*.

III.

Enimverò, quemadmodum ab ea ætate quæ maturiore nos ac libero magis judicio momenta rerum ponderare concessit, persuadere nunquam animo nostro potuimus, fuisse per rerum naturam & summi Numinis inexhaustam bonitatem possibile, ut unus *Aristoteles*, homo gentilis (ut cætera taceam) iis ingenii dotibus fuerit instructus, quibus omnia Rationis humanæ Naturæve arcana penitissima excutere ita valuerit, ut ipse solus ac primus, non solum post tot insignes tot seculorum Philosophos gentiles, sed & ante Christianos omnes, alioquin eorum etiam revelatione, quæ rationi erant imperscrutabilia, dignos habitos, non dicam rerum naturalium scientiam & principia infallibilia, sed universam Philosophiam ita per scripta sua digereret, ut labor alius rectè sobriè; philosophaturæ posteritati non super esset, quam sensum obscurius plerumque dictorum, vel potius velatæ de industria, & multo labore redimendæ, veritatis mylteria, rimari, commentarios ac inter-

interpretes evolvere, & ab eruta tandem gentilis magistri sententia ne latum quidem unguem recedere: ita, si maxime *Cartesius*, ex innumeris hoc nostro ævo doctissimis Viris, Aristotelicæ Philosophiæ defectus ac errores, in Philosophia Naturali præsertim palpabiles, etiam ante ipsum satis agnoscentibus ac fundamenta solidiora anxie desiderantibus, sapientissimi *Verulamii* scientiarum augendarum & restaurandarum consilia tacite secutus, à Peripato secessionem publicam & solemnem facere primus ferè aulus, & sub novæ Philosophiæ specie præcorum Philosophorum, suppressas ab Aristotele aut depravatas, opiniones non revocare tantum, sed ingeniosis suis commentis exornatas, ac penè suas factas, in Systema quoddam novum, mirà certè brevitate & conclusionum, ex paucissimis principiis aliarum alias magno numero consequentium, multitudine, concinnare conatus sit; eum unum tamen nondum credimus inaccessum per tot secula verum sic è profundis ignorantiz tenebris eruisse, Naturæ thesauros hactenus absconditos omnes in lucem ita protraxisse, aut (quod unum arrogare ipsemet sibi videtur, asseclis ejus ipsi multò majora tributibus) ea saltem jecisse Philosophiæ fundamenta & his superstruxisse *divinitate*, ut nihil nunc restet, quàm ut in consummatos evasuri Philosophos cum *Cartesio* de rebus omnibus dubitare, dein ex hac ipsa dubitatione, ne quidem obstinatissimo Sceptico neganda, sui ipsius primùm, inde Summi ac Optimi Numinis existentiam, porrò sensuum ratione munitorum non amplius dubiam fidem ordine deducere, ac iis denique conclusionibus, quas de cœli terræque phænomenis præcipuis, è materiæ seu corporis explorata sollicitè natura, ordine nexuque non ingrato, speciosè deducit, assentiri, causamque adeò effectui cuivis obviam assignare, quam *Cartesius* è suis principiis non rarò ingeniosè magis quàm verè derivat, aut intactam ex istis solis proprio Marte derivare, allaborent.

impro-
bantur.

IV.

Certè, ut magnam deberi laudem magnis istis ausibus non diffiteamur, & vidisse quædam, imò multa, *Renasum*, ad quæ Superiora secula (iis quippe mediis organisque, quæ ipsi & cœvis Philosophis oculos aperuerant, destituta) cœcutierant; essent tamen & hodie experimenta nova non pauca, ipsi nondum nota, quæ positis ab eo principiis ægrè accommodaveris; & sunt quoq;

Part. II.
n. XXXIII.
Part. II. Epist.
XXXII.

ex vulgatiōibus, olim nescio cui Vacui fugæ adscribi solitis, quorum causa nunc multò verior ac evidentior redditur, quàm quæ ab ipso in Principiis indigitata, & in Epistolis distinctius exposita, nobis etiam antehac magnâ verosimilitudinis specie arrisit. Ostendit pridem Celeberrimus *Sylvius*, ac pronuper adhuc evidentius Experientissimus *Leuvenus*, eum quem Cordi Musculis; in corpore animali motum assignavit Cartesius, longè aliter se habere & cum Anatomiz experimentis nequaquam consentire, similesque defectus alii, ex nimia confidentia in proprio ingenio oriundi, hodiernum deteguntur: inprimis autem, quem nuper admodum in lucem dederunt ejus discipuli, *Tractatus de Fetus Formatione posthumus*, plurimâ habet à veritate nostro judicio alienissima & Cartesiano ingenio ne digna quidem. Nec aliam tam sterilis in hoc negotio philosophiz causam videmus, quam alium ejus errorem nunquam excusandum, cum nullas unquam rationes circa res naturales à fine, quem DEUS aut natura in iis faciendis sibi proposuerit, desumi voluit. Nunquam etiam assentiri potuimus iis, quæ loco non uno urget de necessitate vel utilitate fictitiæ & falsæ, ut ipse fatetur, hypotheseos, quæ terram e.g. & Planetas omnes è stellis fixis maculoso cortice obscuratis gignit; quæ item de Cometarum caudis habet, Viris doctis bene multis coacta nimis & quæ sita jam pridem visa, & id genus alia non pauca. Itaque jam dudum animum ita nostrum induimus, & sic fuit nostra sententia: Nec unius Aristotelis, nec unius Cartesii fuisse, aut futurum esse ullius unquam hominis, Naturalem saltem rerum scientiam ita condere absolutam & perfectò Systemate complecti, ut plurima seræ cuivis posteritati quærenda & investiganda non sint superflutura, quædam etiam ex accuratioribus indies observationibus ac novis Naturæ Phænomenis subinde corrigenda, aliqua prorsus rejicienda ac melioribus permutanda: ut ita, cum inexhaustam videamus admirandorum Naturæ multitudinem, eorundemq; absolutam omnibus numeris scientiam nulla sperare secula posse non immeritò existimemus, eos necessario miseros oporteat esse, nostro judicio, Philosophos, qui vel *Aristotelici* vel *Cartesiani* esse, hætenus explicato sensu, perrexerint.

Princip. Part.
L. II. & III.

Partic. III.
Princ. num.
XLV. CXL.
Part. IV. sub
institium.

V.

Neque verò vel *Aristoteles* vel *Cartesius* id exigere à discipulis

pulſis ſuis citra manifeſtam iniquitatis notam poterant, quod ipſi met ſuis Præceptoribus denegârunt, dum alter per integros novem annos magno conatu dedifcere allaboravit ea Philoſophemata, quibus imbutus ab incunte ætate fuerat; alter verò, ingrator etiam, teſtibus è medio Peripato multis, diſcipulus, Magiſtri ſtatuta non negligere tantum ac deſerere, ſed depravare quoque & in pejorem partem interpretari, non erubuit. Nec arrogâſſe eam ſibi dicturam Ariſtotelem crediderim, qui non exemplo tantum ſuo, ſed expreſſâ quoque regulâ contrarium ſuos edocuerat, *δὴν ἐν ταῖς οὐραῖς γὰρ τῆς ἀληθείας ἔσσι, τὰ οὐραία ἀναρτῶν, ἄλλοτε δὲ*

Differt. de Meth. num III. p. m. 2.

ἠεροῖς ὄντας. ἀμφοῖν γὰρ ὅτεον εἶδον, ὅσιν προλιμῶν τῶν ἀληθειῶν. h. e. *Oportere pro conſervatione veritatis etiam propria tollere, præferunt verò eos qui Philoſophantur. Ambobus enim amicis exiſtentibus* (ſcilicet, ut *Anaximachus Rhodius* interpretatur, τῆς τι ἀληθείας ἔσσι τὸ ἀπὸ τῶν ἰδῶν εἰπόντας) *Sanctum eſſe principem locum tribuere veritati.* Evidentiùs autem hoc ipſum è *Metaph. A. min.* principio colligitur, ubi fatetur de contemplatione veritatis, circa res naturales præcipuè, *μῆτε ἀξίως μὲν εἶναι δύνασθαι τυχεῖν αὐτῶν, μῆτε σάφως ἀποτυχεῖν, ἀλλ' ἕκαστον λέγειν τι ἀπὸ τῆς φύσεως, ἔχοντα ἕνα μὲν μὲν ἢ μικρὸν ἐπιβάλλειν αὐτῇ ἐκ πάντων δὲ συναφροζομένην γρηναῖα τι μὲν εἶναι.* h. e. *Nec dignè quempiam ipſam conſequi poſſe (ſolum puta) nec univerſos etiam aberrare, ſed quemq; de Natura aliquid dicere, & ſingulos quidem (NB.) nihil aut parum ad ipſam conferre, ex omnibus autem congeſſis magnitudinem aliquam emergerè.*

Eth. ad Nicom. Lib. I. cap. VI.

Carteſius equidem hoc ſibi loco non tñq arrogat, ea ſe inveniffe verè & ſaniòris Philoſophiæ Principia, quæ excolendo quam plurimas veritates, quas ipſe non explicuerit, alii ſint detecturi, atque ita paulatim ab his ad illas progrediendo, ad perfectam totius Philoſophiæ cognitionem ſummumque Sapientiæ gradum cum tempore perventuri &c. fatetur tamen ſtatim, effluere poſſe multa ſecula, antequam ex iſtis principiis omnes veritates deductæ fuerint, quæ deduci inde poſſint, quia ex, quæ invenienda reſtent, maximam partem dependeant à particularibus quibusdam experimentis, quæ nunquam caſu ſe ſint oblatura, verum ab hominibus ſagaciſſimis cum cura & ſumptu indaganda: Fatetur alibi, *exiguum id quod eo uſq; didicerit, nihil fere eſſe præ eo quod ignoret* — ingenia in orbe eſſe poſſe quæ ſuum multis paraſan-

Præf. Princ.

Differt. de Meth. p. m. 41.

ibid. p. 43.

Part. I. Epist.
XXIV.

Epist. XCII.
& XCIV.

gis superent: Eos denique, qui Duces ac Præceptores suos etiam superare non student, hederæ similes esse dicit, quæ nunquam contendat altius ascendere, quàm arbores, quæ ipsam sustinent. Et quamvis videri queat *Heinrico Regio* succensuisse in Præf. Principiis præfixa & in Epistola quadam, ad Palatinam Principem perscripta, quod is, in Metaphysicis præsertim, ab ipso dissentiret, ac cæco impetu contradiceret; attamen ex adverso, id quoque eodem loco improbat, quod cæco assensu sequatur *Regius*, quicquid ipsum sentire arbitretur de iis omnibus, quæ vel Physicam vel Medicinam spectant; et si plerumque & sensum ipsum principiorum, non satis perceptum, & methodum argumentorumque ordinem pervertat. Alibi verò, cum in eo esset Senatus Ultrajectensis, Voëtii & aliorum impulsu sua suque, ut Principiis Philosophiæ Cartesianæ porro publicè docendis *Regio* per Decretum publicum interdiceret, hæc primùm consilii loco ad hunc transcriptis: *Cæterum obsequere accuratè ac læto animo iis omnibus, quæ Tibi à Dominis tuis præscribentur, ut certus, ea Tibi de decorà nullo modo esse posse; deinde verò cum ipsa re, quod metuerant, evenisset, Quantum ad decretum tuorum Dominorum, scribit, nihil mitius, nihil prudentius mihi videtur ab iis fieri potuisse, ut scilicet se collegarum tuorum querelis liberarent: Tu, si mihi credis, ipsis quàm accuratissimè ac quæ etiam ambisiosè obtemperabis, docebisq; tuam Medicinam Hypocraticè & Galenicè, & nihil amplius. Si qui studiosi aliud à Te petant, excusabis. Te per humaniter, quod Tibi non liceat &c.* E quibus hoc saltem elucet, non fuisse propositum Cartesio Philosophiam suam impetuosius obtrudere nolentibus, aut, qui Sectariorum alioqui mos est perniciosissimus, eam dogmatibus suis auctoritatem ac necessitatem arrogare, ut pro iis, tanquam pro aris & focus pugnari vellet; cum contrarium suis manifestè suaverit.

VI

2.
Cartesiani
Secundo
quoq; vo-
cis signifi-
catis

Ad cætera verò paulatim ut progrediamur, illi *Secundo loco* præcipuè mereri Cartesianorum nomen communiter judicantur, qui *Renati Des-Cartes* dogmati quasi characteristico, de *Dubitatione*, subscribunt, quod unum omnem istam invidiam Cartesianæ Philosophiæ consistasse non immeritò quis dixerit; quandoquidem intensissimi ejus hostes nullibi inveniunt, quod exagitat magis & impugnent quàm Meditationum Metaphysicarum caput

put & initium; quo perlecto plerumque Viri Cordatiores quoque, maximè verò n̄ qui aliorum de Cartesio judiciis præoccupati alieniore paulùm animo lectionem illam adgrediuntur, absterreri statim in limine solent, ut reliqua ne digna quidem lectu existiment. Etenim in prima illa Meditatione dubiam facere & fallacem conatur omnium sensuum certitudinem, ipsa quoque principia Geometrica & Arithmetica sollicitat, eum se fortè à DEO potentissimo factum fingens, ut, quamvis nulla esset terra, nullum cœlum, nulla figura, nulla magnitudo, nullus locus, hæc omnia tamen sibi non aliter, ac nunc, viderentur existere; aut potius à maligno quodam genio, eoque summe potente & callido, ita se fortè deludi: considerat seipsum tanquam manus non habentem, non oculos, non carnem, non sanguinem, non aliquem sensum; imò non repugnaturum se, ait, iis, qui fortasse malent negare tam potentem aliquem DEUM, quàm res alias omnes credere esse incertas, totumque hoc de DEO daturum esse fictitium, ac mansurum denique oblinatè in hac meditatione delixum &c.

VII.

Ita verò si revera dubitavit *Cartesius* ac seriò, veniuntque *Cartesiani* dicendi ii, qui cum ipso etiamnum fallacem omnem sensuum cognitionem supponunt, utrum cœlum aliquod, aut terra, aut DEUS, existat, nedum quidem certi &c. tantum abest, ut inter Cartesianos connumerari vellemus, ut eos potius bipedum omnium stolidissimos, plusquam Scepticos, Solos Atheos, omni jure meritoque essemus pronunciaturo atateinque habituri: Imò, cum verissimè JOH. MUSÆUS, Magnus Theologus, judicaverit, *Cartesianos ista quidem fingere posse: intellectum autem, ut seriò sic judicet & statuat, persuadere, aut speciebus rerum sensibilium inde ab aliquot annis sensuum interventu ipsi impressis, eum exuere minime posse*, hoc sensu Cartesianum neminem unquam fuisse judicamus, neque adeò nos, si vellemus maximè, in eorum censum venire posse. Quamobrem tantò facilius nobis persuademus, ipsum quoque *Cartesium* isthæc animo suo nunquam seriò voluisse; maximè cum in fine Synopsæos, immediate Dubitatricem illam Meditationem antecedentis, expressis verbis, *reverà mundum aliquem esse, & homines habere corpora & similia*, iis accenteat, *de quibus (NB.) nemo unquam sana mentis seriò dubita-*

rejeciuntur cum Dubitatione sua.

Introd. in Theol. cap. II. p. 75.

dubitarit, ac inter medias dubitationes suas fateatur quasi indignabundus, nisi se ipsum fallat, & obstinatâ voluntate falsas & imaginarias fingat pristinas de rebus sensibilibus opiniones, non posse se definire iis assentiri & confidere, quippe *revera talibus, ut aliquo quidem modo dubia sint, sed nihilominus valde probabiles, & quas multò magis rationi consentaneum sit credere, quàm negare*; tandemque sub finem Meditationum, è demonstratis interim ac deductis ab indubio, quod inter medias dubitationes cæteras repererat, principio conclusionibus, hanc ultimam ipse porro, tanquam corollarium inferat: *Hyperbolicas superiorum dierum dubitationes ut risu digna sunt explodenda.* Quin & subi methodum suam prolixè exponit, *istorum omnium, ait, quod in mundo sint fidera, terra & similia, est certitudo, ut Philosophi loquuntur, moralis, qua tanta est, ut nemo, nisi delirer, de iis dubitare (NB.) posse videatur*; Alibi verò paulò commotior, *imperitos Calumniosos* appellat, qui se dixissent docuisse DEUM esse negandum, vel ipsum nos decipere, vel de omnibus esse dubitandum, vel fidem omnem sensibus derogandam, cum ea omnia verbis expressissimis rejecerit, validissimisque argumentis refutârît, idque ut commodius & efficacius præstaret, initio meditationum suarum ista omnia tanquam dubia proposuerit, non à se tamen primum inventa, sed à Scepticis dudum decantata: *nihil adeò iniquius esse posse, quàm tribuere alicui Scriptori opiniones, quas eo tantum sine refert, ut refutet; nihil ineptius, quàm fingere, saltem illo tempore, quo istæ falsæ opiniones proponuntur & nondum refutantur, eas doceri, atque ideò illum qui refert Atheorum argumenta, esse Atheum temporarium; nihil puerile magis quàm dicere, si moriatur interim, priusquam speratam suam demonstrationem scripserit vel invenerit, eum Atheum moriturum &c.* Istas quidem falsas opiniones non retulisse se tanquam alienas sed tanquam suas, id verò ideò quod hæc exigeret stylus meditationum; in eodem libro quo ipsas retulerit, omnes se refutâsse, atque ex ipso libri titulo potuisse intelligi se ab iis credendis esse planè alienum, cum in eo demonstrationes de existentia DEI promittantur: nec esse quem adeò *stolidam* posse, ut existimet, eum, qui talem librum proponit, ignorare dum primas ejus paginas exarat, quid in sequentibus demonstrandum susceperit &c.

Med. I. pag. m. 8.

p. ult.

Differt. de Meth. pag. m. 24.

Not. ad Regii Program. ma p. m. 189. & sequ.

VIII.

Quod si ergo *Cartesius* 1. In Med. illa prima ac Philosophia *et si quo-*
 suz principio serio non dubitavit, nec alios dubitare voluit, imò *dammodo*
 ne quidem posse credidit, intellige quoad usum vitæ ac certitudi- *excusabi-*
 nem moralem aut Physicam (quod iterum inculcat *Dissert. de li.*
Meth. p. 20. in Resp. V. p. 57. 58. Resp. VII. p. 83. & Principia
Part. I. Artic. III.) sed 2. omnem illam suam dubitationem ad ve-
 ritatis contemplationem retulit & ad summam ac metaphysicam
 evidentiam, quæ Scepticos etiam convincat (*Dissert. de Metho-*
do p. 21.) excipiens etiam 3. res fidei, quæque ad pietatem & ge-
 neraliter ad mores spectant, expressis verbis (*Dissert. de Meth.*
p. 18. Resp. IV. p. 135. Resp. VII. p. 93.) & 4. dubitandi rationes
 non nisi tanquam verosimiles proposuit, ac in eum tantum finem,
 ut lectorum partim animos præpararet ad res intellectuales con-
 siderandas illasque à corporeis distinguendas, partim, ut ad ipsas
 in sequentibus Medit. responderet (quod ipso facto quoque præ-
 stitit) partim etiam ut ostenderet quàm firmæ sint veritates quæ
 postea proponit, quando quidem ab illis Metaphysicis dubitacioni-
 bus labefactari non possint; verbo, idè illas proposuit, quòd pu-
 caret, se non magis ipsas omittere potuisse quàm Medicinæ Scri-
 ptor morbi descriptionem, cujus curandi methodum vult docere
 (prout hæc totidem verbis ad quendam adversariorum suorum
 perferbit, qui plus ipsi quàm vellet concesserat, ac rationes illas
 dubitandi non verosimiles tantum aut speciosas, sed veras pro-
 fus judicabat, id autem in eo culpæ videbatur, quòd vetera pro-
 novis suis speculationibus publicaret;) Porro varò 5. sic dubitan-
 do, non voluit quæ vera erant, aut esse poterant, pro falsis haberi,
 sed potius, nec affirmando nec negando eorum quippiam, inter-
 dum ex indubio prorsus principio illa deduxisset, iudicium su-
 spendi, nec eorum majorem haberi tum quidem rationem, quàm
 si plane falsa essent &c. (*Resp. VII. p. 84. & Epist. ad Instantias*
Cassendi p. 143.) Quod si, inquam, hos inter aliosque plures,
 quos passim in ejus scriptis observare licet, limites coarctet dubi-
 tationem suam *Cartesius*, fateamur equidem eas absurditates ac
 nefanda crimina, quæ è quibusdam ejus adversariis ipsi objecta
 sunt, in ea nos reperire non posse: maxime cum *Socrates, Plato &*
Aristoteles, teste quoque *Reinero Vogelsang* Adversario *Cartesia-*
næ Philosophiæ acerrimo, longe ante *Cartesium*, & eodem modo,
 B.

Obj. & Resp.
III. p. 92.

Indign. iusta
contra Exec.
Paradox.

modo, quamvis non ita præstigiōse (ut loquitur *Rainerus*) aut (ut *Cartesius* ipse) hyperbolicè ut risum illz dubitationes postea mererentur, dubitaverint; adeò quidem ut ægrè ferat laudatus *Vogelsang*, *dubitationem*, quæ pertinere dicitur ad initiationem *Philosophi* tam procaciter audire *Cartesianam*, & cur non potius *Socraticam*, aut *Platonicam*, aut *Aristotelicam*, vel, si vetera forte nomina sordeant, *Verulamianam*.

IX.

*Neutiquā
tamen ne-
cessaria*

Attamen, utcunque non adeò absurdum nobis aut impium, uti quibusdam aliis, videatur Cartesianum hoc dubitandi consilium; non videmus tamen tantam ejus, vel utilitatem vel necessitatem, quantam equidem ejus discipuli passim inculcant, imò ipse quoque non obscure asserit loco, non uno, præcipuè in Resp. IV. p. m. 135. ubi ad monitum Doctoris cujusdam Sorbonici, qui prudenter certè præviderat fore ut offendant quosdam liberior illa Philosophandi ratio, quæ omnia re vocantur in dubium, maxime cum Author ipse fateatur in Methodo, mediocribus ingeniis hanc viam esse periculosam, ideoque præfatiunculâ quadam muniti, debere Meditationem illam, judicaverat, quæ (ut in Synopsi ex parte jam factum esset) significaretur, de iis rebus seriò non dubitari, sed ut iis aliquantisper sepositis, quæ vel minimam & hyperbolicam, ut Author ipse vocat in alio loco, dubitandi occasiōnem relinquunt, aliquid ita firmum & stabile reperiri possit, ut de eo ne pervicacissimo quidem liceat tantillum dubitare &c. inter cœtera sic respondet: *Neq̄ dici debet rectius me facturum fuisse si abstinuissem ab iis scribendis, à quibus legendis permulti debent abstinere*; (NB.) *Tam necessaria enim existimo, ut sine ipsis nihil unquam firmum & stabile in Philosophia statui posse, mihi persuadeam.* Nunquam, fatemur ingenuè, videre potuimus necessitatem illam, nisi fortassis eo uno casu, quo cum exquisitissimo Sceptico cupiam esset negotium, atque adeò, ut è concessis cum ipso disputaretur, (is autem nihil eorum quæ aliàs principiorum loco habentur concederet) initium ab ipsa ejus dubitatione generali capeffendum. Quamvis, si dicendum quod res est, ne tum quidem opus esset cum apparatu tanto ac tam operosè rationes dubitandi comminisci, uti quidem fecit *Cartesius*, sed, si experientiam omnem, omnia sensuum testimonia in dubium vocaret adversarius pertinacissimus, ea suo loco relinquere sufficeret, tanquam

quam controversa tunc & non concessa, & ab eo facere philosophandi initium, quod unum antagonista non posset non concedere: ipsum scilicet dubitare de istis omnibus, & consequenter, si vel maximè dubia ponatur in ipsius gratiam cœli, terræ, corporis nostri, cœterorumq; existentia, ipsum tamen ita dubitantem necessario aliquid esse &c. Quod si verò sic procedere cum Sceptico licet, multò minùs aliàs, si quis ea, quæ nondum maturâ ætate à nutricibus, coævulis, Præceptoribus denique fuerat edoctus, subactiore aliquando iudicio perpendere, jactisque quasi de integro fundamentis Philosophiam ac scientiam immotam magis superstruere, constituerit; multò, inquam, minùs opus erit hyperbolica illà & metaphysicâ dubitatione, sed præjudicia cavere, h. e. Vulgi traditiones ac testimonia nobis à pueris inculcata tantisper seponere, Scholarum etiam dogmata eo usque percepta & experimenta sensuum, confusiùs ac obiter capta, non tanquam falsa statim promiscuè & repugnante mentis iudicio rejicere, sed, ut examinanda considerare, atque adeò in progressu nihil eorum, nisi junctæ sensibus rationis cautum ac circumspèctum examen prius sustinisset, principii loco admittere, suffecerit. Neque videmus, quid porrò urgere Cartesiani, pro universalis dubitationis suæ necessitate, queant, nisi, quod præjudici dicto modo exuerac deponere sit res adeò ardua & difficilis, ut ultra limites entendum & iniquum postulandum sit, si æquum obtineri velit: cui aliud quidem hac vice nihil reponimus, quàm exempla Virorum Philosophorum hujus ævi famigeratissimorum, qui magno numero hodie haustis ab ineunte ætate & imbibitis quasi principiis sese liberarunt, ac, spreta nunc auctoritate omni, soli veritati feliciter licant; experimenta nulla, nisi pluribus tentata vicibus, & cum eodem successu, & ex omni parte circumspèctissimè tractata, admittunt, nulla principia, nisi quæ clarissimè mentis oculo allucent, pro veris ac indubiis habent; in cæteris, ubi talia nondum suppetunt, hypothesibus ingeniosis contenti, & è pluribus eam, quæ cuiquè videtur optima, seligentes.

Vid. Synops.
Medit. Cart.
sub init.

X.

Neque verò necessarium tantùm negamus, sed & periculosum esse credimus excessum illum dubitandi Cartesianum, si quem infirmioris animi, aut ingenii mobilioris, hominem in istas incidere tricas contingat. Nec potuit certè *Cartesii* perspicax ingenium

Imò etiam
periculosa

Resp. IV. P.
118.

P. 135.

ingenium hoc ipsum non prævidere, aut monitum ab aliis negare: Ideo ad ea quæ Doct̃or Sorbonicus loco supra allegato monuerat, iptum in Dissert. de Methodo fateri, mediocribus ingeniis hanc viam esse periculosam, nihil aliud quàm hoc respondet: *Et quamvis ignis & ferrum ab imprudentibus aut pueris sine periculo non tractentur, quia tamen utilia sunt ad vitam, nemo est qui putes idcirco ipsis esse carendum.* Locus autem, ad quem Sorbonicus ille Doct̃or respexit, extat Dissert. de Methodo p. m. 9. qui totus describatur certè dignissimus: *Et quamvis, inquit Cartesius, quicquid meum opus mihi ipse satis placet, ejus exemplar hic vobis proponam, non ideo cuiquam author esse velim, ut simile quid aggregetur: Poterunt fortassis alii, quibus DEUS præstantiora ingenia largitus est, majora percipere: sed vereor, ne hoc ipsum, quod suscepi, tam arduum & difficile sit, ut valde paucis (NB.) expediat imitari. Nam vel hoc unum, ut opiniones omnes quibus olim fuimus imbuti, depomamus (NB.) non unicuique est tentandum. Et maxima pars hominum sub duobus generibus continetur, quorum neutri potest convenire. Nempe permulti sunt, qui cum plus æquo propriis ingenio confidant, nimis celeriter solent judicare, nunquamq. satis temporis sibi sumunt ad rationes omnes circumspiciendas, & idcirco (NB.) si semel auxint opiniones omnes vulgò receptas in dubium revocare, & velut à trita via recedere, non facili illi semita quæ rectius ducit semper insistent, sed vagi potius & incerti in reliquam vitam aberrabunt; Alii verò, fere omnes, cum satis judicii vel modestia habeant ad existimandum, nonnullos esse in mundo qui ipsos sapientiâ antecendant, & à quibus possint doceri, debent potius ab illis opiniones quas sequuturi sunt percipere, quàm alias proprio ingenio investigare. Quæ cum ita sint, incautiùs certè ac imprudentiùs, vel ipsius Cartesii judicio, agunt ex ipsius discipulis ii, qui dubitationibus illis intempestivis cathedras & auditoria complent, animosque auditorum suorum sollicitant & intricant, quos ad alterutrum, arcendorum inde ex Cartesii præscripto, genus plerumque pertinere, satis experimur. Nos certè, quibus eam inire viam ipsismet nunquam collubuit, nec voluimus hæcenus, nec velimus impostèrum, Auditores nostros hoc etiam sensu esse Cartesianos:*

XI.

Deiis autem quid nunc dicemus, quos hodie vel maxime

Carte-

Cartesianorum nomine novo prorsus consilio compellant multi, non ut ipsis probrosum eveniat Sectarium nomen, sed ut huic potius ex illorum malitiâ novus invidiæ cumulus adcreseat; de iis, inquam, qui Cartesianam Philosophiam magis laudibus publicè extollentes, ejus interim limites ausu temerario supergressi, SS. Theologiæ pomæria turbulenter involant, &, vel abusi hoc aut isto Cartesii effato, fidel simplicitatem turbant, vel, quod pejus multo, conceptas pridem mente blasphemias & execranda dogmata in publicum evomunt, quibus Cartesii Philosophia ne apiculo quidem uno aut favit unquam aut occasionem nascendi præbere unquam potuit. De priorum temeritate jam dudum *Samuel Mareſius* Theologus Belga celebris ex Anticartesianorum cordationum numero in Tractatu de *Abusu Philosophiæ Cartesianæ*, & *Balthasar Bekker* in Admonitione candida & sincera de Philosophia Cartesianâ, docuerunt eam non magis Philosophiæ aut effatis Cartesii; quamvis nonnunquam fortè paulo durioribus, imputari debere, quàm Aristotelicæ aut Platonicæ, hæreticorum omni ævo hac & ista pessimè abutentium, somnia; Posteriorum autem facile princeps est, in publicum prodire sed larvato vultu, pronuper ausus, Author *Tractatus Theologico-Politicæ*, in quo certè ne scintillam quidem Politicæ prudentiæ, nedum Theologicæ veritatis, sed ea principia reperias, quæ utrâmq; pessundatura essent, si vires eundo acquirerent, quàm certissimè. Ejus scripti authorem esse Belgam quendam *Spinoso d'nisia* germine verbi divini semen in suo primùm, deinceps in aliorum quoque cordibus, opprimere & suffocare ausum ac paulò post vivis suis coloribus porro depingendum, cum rumor non ad eò incertus ferat, nos certè facile consentientes habet, utpote qui non una in his chartis legimus, quæ coram antehac autirè nos meminimus ex ore illius hominis, cum quidem nec Deitatis nec honestatis externæ immemoris, ac omnis veritatis revelatæ contemptoris haut clancularii: Quemadmodum etiam in Præfatione dicti Libri non obscure Superstitionem & Christianam religionem pro uno eodemque habet, & speciatim in ipso limine, Superstitiosos illos, *cum in periculis versantur & sibi auxilio esse nequeunt, votis & lachrymis muliebribus divina auxilia implorare*, impiè dicit; deinceps autem in opere iplo, *Prophetas admodum raro ex DEI revelatione, Apostolos fortè nunquam, locutos*, ac utrosque à le in-

3.
Cartesianorum nomen in tertio significatu.

ex una parte non ferendum

vicem frequentius dissentire, impudenter asserit; quæ de Adamo
 narrant in ipso Genes: principio S. literæ, *parabolam esse credit,*
non historiam; Miraculi nomen non nisi respectivè ad hominum opi-
niones intelligi posse & nihil aliud significare quàm opus, cujus cau-
sam naturalem exemplo alterius rei solita explicare non possumus,
vel saltem ipse non potest, qui miraculum scribit aut narrat; Omnia
quæ in Scriptura verè narrantur contigisse, ea secundum leges
natura, & omnia necessariò contigisse, imò si quid reperiat
quod apodicticè demonstrari possit, legibus natura repugnare aut ex
eis consequi non potuisse, planè credendum id à sacrilegis hominibus
sacris literis adjectum esse, absolute, sed & sacrilegè profus, conclu-
dit: Providentiam nibil esse reverè præter natura ordinem: Poten-
tiam natura esse ipsam divinam potentiam & virtutem; divinam
autem potentiam esse ipsissimam DEI essentiam (è quibus quid aliud
concludas quàm DEUM & Naturæ ordinem sive potentiam huic
hominis monstro nunc unum idemq; esse, maximè cum eadem pa-
gina infinitam dicat & illimitatam istam naturæ potentiam?) Li-
bro alios, qui res optimas docent & narrant, quacumq; demum
linguâ & à quacunq; natione scripti fuerint, aque sacros esse, ac est
illa quam sacram speciatim dicimus, Scriptura: Hanc porò nun-
quam aliquid expressis verbis affirmare vel negare contrarium ei
quod in alio loco affirmavit vel negavit, temerè dictum ait, & hu-
jus generis blasphemias eructat sexcentas alias,

XII.

Ex altera
 profissis
 execrabi-
 le.

Ubi quidem multum interesse putamus, ut pius Lector
 rectius doceatur fontem & originem adeò scelerum
 & execrandorum dogmatum, atque adeò sciat, hominem
 istum (ut ex relatione fide dignorum hominum, imò ex
 ipsius ore, habemus) Judæis parentibus Amstelodami na-
 tum, ob causam ridiculam, de religione avita dubium primum,
 dein à Synagoga transfugam, Christianæ tamen religioni postea
 fidem nunquam aut nomen dedisse, sed hanc demum cum Judæi-
 ca, Muhamedana & quavis alia pari loco reverentiæque habuisse,
 Alcorano, Talmudi & Sacris Bibliis communem in Bibliotheca
 sua locum assignare malitiosè solitum, ac, Veteris Testamenti
 Libros imprimis (de Novo, quod mirere, paulò modestius loque-
 batur) homines non simplices tantum, verum etiam impruden-
 tes & inconsideratos habuisse auctores blasphemari nihil veri-
 tum.

tum. Actum quidem, cum nobis innotuisset, miserandus homuncio [incesserat enim etiam nostrum, cum multis, animum, exoticum hoc animal videndi curiositas] in obscuro degebat, nec ausus execrandas opiniones suas evulgare, imò ne utile quidem id futurum ratus, quod illis contraria credere nemini nocivum esse posse ipsemet judicaret: postmodum autem eversus, ut audio, ab iis, quos nescio an fors inimica, an justa Nemesis, horrendo interitu tantum non in nihilum redegit, altum spirare cum occiperit & publicis scriptis venenum haut adeò occultum amplius evomere, quinimò, quod Amicus è Belgio pronuper redux pro certo retulit, per emissarios etiam longè lateque spargere; non erat profectò tacendum istud, ne fortè perniciosissimas illas & Christianismum, imò religionem omnem, penitus evertentes opiniones sub specioso Philosophiæ Cartesianæ nomine admitterent incautiores, aut huic ipsi, hoc casu profectò innocentissimæ, invidiam inde porrò creare, & per hujus latus omnem Philosophiam recentiorem pungere, pergerent malevoli. Certum enim *Primo* est, Tractatus Theologici authorem antè, scilicet, laudatum, utat magni fecerit Cartesium, ejus Philosophiæ tamen addictum non fuisse; siquidem non expressis tantum verbis & quasi gloriabundus dicere frequenter solebat, suæ Philosophiæ principia (illa verò procul dubio tunc agitabat animo, quæ in allegato pessimo scripto vulgavit) à Cartesianis multum diffidere, sed &, cum quædam Metaphysica, Cartesiani Meditationibus omninò consona, ante plusculos annos ederet, in opusculi præfatione solenniter est protestatus; ea se non ex propria, sed ex Cartesiani mente, ad amici cujusdam id speciatim expetentis preces, concinnasse;

Deinde verò id indubium est & mox explicatius ostendendum, nunquam ausum esse Cartesium in messem Theologicam immittere falcem suam, aut fidei articulos eaque quæ Sacra Scriptura revelat naturæ rationisque humanæ vires exsuperantia, ad Philosophiæ suæ principia examinare &, si cum ipsis non consentirent, negare aut in alienum sensum detorquere; quod faciunt isti, prioris quoque generis, *Pseudo-Cartesiani*, Cartesianorum nomine vel ob id ipsum indigni; quòd non tantum præcipientem non habent Magistrum, sed prorsus contradicentem.

Vel ipso
Cartesii
iudice.
Disser. de
Method. p. 5.

Audite quæso, Theologastri audaculi, quæ passim in scriptis suis monet, quem tanti facitis, *Cartesius: Theologiam nostram, inquit, reverebar, nec minus quam quævis alius beatitudinis æterna compos fieri optabam. Sed cum pro certo atq; explorata accepissem, iter quod ad illam ducit doctis non magis patere quam indoctis, veritatesq; à DEO revelatas (NB.) humani ingenii captum excedere, verebar ne in temeritatis crimen inciderem, si illas imbecillarationis meæ examini subjicerem: Ex quicunq; vis recognoscendis atq; interpretandis vacare audent, peculiari ad hoc DEI gratia indigere ac supra vulgarium hominum sortem positi esse debere mihi videbantur.* Primam autem Princip. Philol. partem his

n. LXXXV.

verbis concludit: *Præter cætera autem memoria nostra pro summo regula est infigendum, ea qua nobis à DEO revelata sunt, ut omnium certissima esse credenda; (NB.) & quamvis forte lumen rationis quam maxime clarum & evidens aliud quid nobis suggerere videretur, soli tamen auctoritati divinæ potius, quam propria nostro iudicio, fidem esse adhibendam: sed in iis, de quibus fides divina mihi nos docet, minime decere hominem Philosophum aliquid præ verò assumere, quod verum esse nunquam perspexit.* In ipsa porro prima illa parte, postquam multa de DEO piè ac eruditè disseruisset, ac, perspicuum esse conclusisset, optimam philosophandi viam nos sequuturos, si ex ipsius DEI cognitione rerum ab eo creatarum explicationem deducere conemur, ita deinceps pergit: *Quod ut satis tuto & sine errandi periculo aggrediamur, eà nobis cautela est utendum, ut semper quam maxime recordemur, & DEUM, auctorem rerum esse infinitum, & nos omnino finitos. Ita, si forè nobis DEUS de seipso, vel aliis, aliquid revelet, quod naturales ingenii nostri vires excedat, quæ jam sunt mysteria incarnationis & Trinitatis, non recusabimus illa credere, quamvis non clarè intelligamus; nec ullo modo mirabimur, multa esse tum in immensa ejus natura, tum etiam in rebus ab eo creatis, quæ captum nostrum excedant.* Et, cum Theologi Parisienses isti Cartesii monito, quo volebat futurum Philosophum non assentiri nisi clarè perceptis, objecissent res fidei ac omnes denique religionem Christianam, ita ipse inter cætera respondet: *Distinguendum est inter materiam sive rem ipsam cui assentimur, & rationem formalem qua movet voluntatem ad assentiendum. Nam in hac sola ratione perfi-*

num. XIV.
XV. & seqq.
pluribus.

num. XXIV.

num. XXV.

Obj. & Resp.
II. p. m. 66.
& 78.

perspicuitatem requirimus. — Deinde notandum est, claritatem sive perspicuitatem, à qua moveri potest nostra voluntas ad assentiendum, duplicem esse, aliam scilicet à lumine naturali, & aliam à gratia divina. Jam verò etsi fides vulgò dicatur esse de obscuris, hoc tamen intelligitur tantum de re sive de materia circa quam versatur, non autem quod ratio formalis, propter quam rebus fidei assentimur, sit obscura: Nam contrà hac ratio formalis consistit in lumine quodam interno, quo à DEO supernaturaliter illustrati confidimus, ea qua credenda proponuntur ab ipso esse revelata, & fieri plane non posse ut ille mentiatur; quod omni natura lumine certius est, & saepe etiam, propter lumen gratia, evidentius. Si hæc & similia alia non legeritis tantum apud Cartesium vestrum, qui Cartesiani audire vultis, sed & imitati fueritis, ita Philosophiam, naturalem præcipuè, coletis, ut intactæ stent & inconcussæ res fidei, nec habeant occasionem Theologi Philosophiæ innocuæ impingendi, quod vestrum est, eâ ab utentium, crimen; multò verò minus vel excitabitis ipsi, vel excitatas ab impotentioribus turbas calculo vestro approbabitis; maxime si id consilium sectati fueritis quod Regio discipulo dedit Magister Vester à nobis superius allegatum, & ea consideraveritis attentius quæ alibi de propriis suis opinionibus hunc in modum scribit: *Et idcirco leves istos atq; inquietos homines maxime odi, qui cum nec à genere nec à fortuna vocati sint ad publicarum rerum administrationem, semper tamen in eis novus aliquid reformare meditantur. Et, si vel minimum quid in hoc scripto esse putarem, unde quis, me tali genere stultitia laborare, posset suspicari, nullo modo pati vellem ut vulgaretur.*

Dissert. de Meth. p. 9.

XIV.

Quod si quis intensior Cartesiani adversarius his fortè reponat: Ista quidem scripsisse Philosophum versutum, omnia interim alia animo suo tacite voluisse, intus & in occulto hæresium promotorem, imò atheum; is quidem responsi loco illud primum habeat, quod ipsemet Cartesius, cum similia quædam de se circumferri inaudisset, ad H. Regium discipulum suum familiariter perscripsit: *Maxima mihi injuria fit ab illis, qui me aliqua de re aliter scripsisse, quam sensisse, suspicantur, ipsosq; si, qui sint, scirem, non possem non habere pro inimicis: tacere quidem in tempore, ac non omnia qua sentimus ultrò proferre, prudentis est; aliquid autem à sententia sua alienum, nemine urgente, scribere lectoribusq; persuadere:*

Ep. XCIX. Part. I.

Epist. ad Ce-
leb. V. D.
Gisb. Voc.
tium p. 78.
&c.

Adm. Meth.
novz Phil.
Ren. Def.
Cart. p. 261.

Med. Epist.
Ded. p. 1. f. 2.
ac in ipsa
Med. V pag.
32- 33.

*suadere conari, abjecti & improbi hominis esse puto: quibus jungantur ea quæ circa Atheismum ac cætera à Voetio & asseclis sibi objecta crimina regessit, prolixiora quidem quam quæ huc transcribi possunt. Deinde verò, cum hi ipsi ejus hostes, eo ipso loco quo Atheismi suspectum cum reddere allaborant, fateantur, si verba virtutem semper arguerent, usq. tuto fides adhiberi deberet (NB.) ab Atheismi levissima etiam suspitione. hominem hunc fore alienissimum, ac certè, præter ea, quæ superius adduximus, alia loca innumera in scriptis Cartesii reperiantur, in quibus de DEO, de mente humana, de cæteris quoque rebus religionem ac fidem attingentibus, non modeste tantum sed piè loquitur, maximè cum existentiam DEI adeò facilem esse cognitu probat è Scripturis patenter ac naturali lumine, ut eam inter axiomata ac prima principia reponat, æquè manifestum ex ipsis terminis arguens DEUM existere, h. e. (quæ sit vocis recepta ubique significatio) conceptum entis summe perfecti inter perfectiones cæteras existentiam, ac necessariam quidem primario involvere, quam Triangulum habere tres angulos &c. &c. *Et, ea omnia, quæ vulgo jaclantur ab Atheis ad existentiam DEI impugnandam, semper ex eo pendere quod vel humani affectus DEO affingantur, vel mensibus nostris tanta vis & sapientia arrogetur, ut, quidnam DEUS facere possit ac debeat, determinare & comprehendere conemur, adeo ut, modo tantum memores simus mentes nostras considerandas esse, ut finitas, DEUM autem ut incomprehensibilem & infinitum, nullam ista difficultatem sint nobis paritura &c.* prudenter & religiose monet; cum, inquam, ex ejus scriptis hostem potius Atheismi quam Atheum judicare oporteat, temerarium profecto, nostro judicio, foret (ut lenissimè loquamur) de homine extero Nobilique prolapia oriundo, qui vitam solitariam ac Philolophicam aulicis voluptatibus ac ei vitæ generi, cui exercendi & propagandi Atheismi porta latissima patuisset, prætulit, oppositum nobis persuadere & occultum atheismum suspicari velle; quod hodie quidem multi faciunt, non tam ex certo vel probabili quodam indicio aut ex malitia quadam sua, quam abrepti aliorum, Voetii maximè Schookii que scriptis Anti-Cartesianis, quorum scopolum tamen vindictam fuisse cordatus quisque Lector facile, vel ex una Præfatione Methodi Admirandæ, judicat. Equidem an adversa iis quæ scripsit *Renatus Des-Cartes* occulto pectoris scrinio clausèrit, indubiè nobis*

nobis & infallibiliter constare non magis potest quàm de quibus-
cunque aliis nostri seculi scriptoribus, utpote quod unius DE I
napoliensis opus est ac proprium: exinde verò, Scepticismi, En-
thusiasmum, Atheismi, ac nescio quorum porrò criminum se ipsa
mutuò evertentium (quis enim Enthusiastam eundem & Athe-
um concipiat?) suspectum statim reddere hominem si liceat,
nasquam tandem tuta erit viri vel honestissimi fama & innocen-
tia. Nobis autem, quoties in hanc refutandi compendiosam, ac
pudendam insimul, methodum, hoc ævo proh dolor! multum
etiam cum maximo ecclesiæ Christianæ scandalo, familiarem in-
cidimus, ante oculos perpetuò versatur illud ethnici Scriptoris ef-
fatum laudatissimum: *Ut quisq; est Vir Optimus, ita difficillime esse*
alios improbos sufficatur! XV.

E quibus porrò jam satis, puto, manifestum est, si *Cartesia-*
norum nomen illi omnes mereri putentur hostibus Cartesii capi-
talibus, aut Cartesianismi suspecti saltem sint, qui cum ipsis in con-
vitiis diffuere, Scepticismi, Enthusiastam, Atheismi, aliorumque
infandorum scelerum notam, DEUM hominumq; fidem contrà te-
stantibus, ex mera suspicandi libidine, inurere, vel etiam quicquid
sive boni sive mali habuerit ista Philolophia promiscuè rejicere ac
pedibus conculcare nolint; id quidem nominis effugere nos haut-
quaquam posse, imò ne velle quidem; ut qui malimus etiam im-
meriti vocari in partem aliquam odii plusquam Vatiniani, quo
multi oderunt vix notum de nomine Philolophum, quàm conse-
stando sibilis & convitiis, talia nostrâ opinione, nunquam meri-
tum, parvos in philolophicorum præceptorum (ne dicam chari-
tatis Christianæ) exercitio progressus, & à malis bona discernen-
di impotentiam, proderet. Nunquam profectò placuit inconsi-
deratus eorum impetus aut, ut durius loquar, insolentia ac de-
mentia, qui Aristotelem non rejiciunt modò ac refutant, sed ut
hominem nihili, qui nihil unquam pronuncia verit, quod cum recta
ratione consentiat &c. passim traducunt: placuit autem imprimis
moderatum ac circumspectum *Honorati Fabri* de Philolopho isto
judicium, quando, *Aristotelem in quibusdam non sequi, prudentis*
est, inquit, passim refellere, imprudentis; in omnibus ipsi adharere,
& in singula ejus verba jurare simpliciter & creduli; passim rejicere,
carpere, mordere, invidi ac arrogantis; sed despiciari & nullo inter
Philolophos loco habere, insanis profectò atq; demens est. Sic, in-
quam,

Cic. Lib. 1.
ad Qu. Fr.
Epist. 1.

4.
Cartesia-
nismus
laudabi-
lis.

Phyl. Tract.
V. Lib. I.
Prop. CLXL
in fine.

quam, de Aristotele (in medio adeò hoc Cartesianismo nostro etiamnum *Aristotelici*) constanter sentimus, homine gentili licet & extra salutis pomeria nato, quem etiam τῶν ἄλων ἔνοσσαι τοῦ πατέρα, sed DEUM ψυχὴν τῆ παντὸς fecisse Clemens Alexandrinus est testatus, quem Providentiam divinam non agnovisse statuerunt *Dan. Heinsius & Gerhardus Joh. Vossius*, Viri Celeberrimi, quos ante jam olim *Origenes* ob eandem causam infra Epicurum ponere ipsum non dubitavit; quem preparato veneno Alexandrum Magnum per Antipatrum sustulisse *Bassianus Cavacalla* credidit, ejus ideò scripta omnia funditus deleturus, *Plutarcho* etiam in Alexandro, *Arriano* lib. VII. ac *Plinio* Lib. XXX. cap. ult. de tanto crimine testantibus; quem ipsi Amici ac domestici, qui cæteroquin eum in Philosophando principem laudant, ita de Naturæ viribus & arcanis differentem; ut nemo acutiùs, sic demonstrantem ut nemo accuratiùs, sic defendentem ut nemo fortius &c. insimul tamen in refutando Camelum dicunt, illos calibus invidiæ petere solitum, è quorum uberibus nectar Philosophiæ luxerat, &c. cum resellit, aut verbum mutare aut invertere sententiam, aut novam fingere, &c. quasi Herculem cum Pygæo, cum umbra, de lana caprina cerrare, fatentur; quem denique anno ætatis sexagesimo secundo Athenis ab *Erimedonse* ἀνδρὶ ἀκούστῳ acusatam, quod Hermiæ Eunuchò velut Apollini, prænz cecinisset, ac Pythiadi uxori, tanquam Cereri, sacrificasset, solum vertisse &c. è Chalcide Oratione Apologetica iudicibus frustra transmissâ, nihilominus ad iudicium vocatum cicutam bibisse, de audaciâ porrò, voracitatis, ebriositatis, procacitatis, avaritiæ, superbizq; vitio ac nefando denique παιδερασίας crimine apud Suidam aliosq; (verè an falsò, novit is qui omnia novit) inculatum, docet *Franciscus Patricius*, eum cæteroqui Virum ingenii acutissimi & in studiis φιλοσοφώτατος fuisse, antiquorum libros omnes evolvisse, ipsum quoque ὑπερτιμώτατος atque ἀπυλολογιώτατος, de suo testatus. Quidni verò *Cartesio* similiter inter acutiores Philosophos locum concedere liceat, & quædam ejus laudare tanquam ingeniosè inventa, quibusdam etiam spretis ac rejectis; verbo, sic de ipso sentire, prout ante de Aristotele sensimus? nihil moratis eos qui cum *Votio & Schoockio* ipsum cum subtilissimo Atheismi Patrone & *Apostolo Cesare Vanino*, qui Tholosæ publicè combustus est, comparare, aut, cum aliis moderatioribus, Atheis saltem temporariis annu-

Or. in Lib. de
Mundo Ed.
novæ p. 91.
De Sectis
Philos. cap.
XVII. §. 13.
XXI. §. 3.
Horn. Hist.
Philos. cap.
VII. p. 278.

Ioh. Cassi
Speculo
Moral. qu.
Lib. 1. cap.
6. alleg.
Hornio
Lib. VII.
Phil. Hist.
cap. IX. p.
363. quem
Vide etiam
Lib. III. cap.
XV. p. 197.
& Vossium
de Sectis.
Philos. cap.
XVII. p. 6.

Discuss. Per.
Tom 1. Lib.
1. p. 9. &
seqq.

merare vel aliunde ineptiarum, mendaciorum, superbiz, hypocriteos ac vitiorum similium complurium arguere, non dubitarunt; cum interim is religionem Christianam, etsi Pontificiam, aperte & publice professus, in repellendis à se atrocissimis istis criminationibus modestum admodum se gerat, uti Philosophum & Christianum decet, ac ab aliis moderatioribus suis Adversariis non solum ab illis vacuus judicetur, sed multis etiam laudibus & encomiis subinde exornetur? *Samuel Marefius* certe in *Dissert. Theol. de Abusu Philosophia Cartesiana surrepente & vitando in rebus Theologicis ac fidei*, multa rejicit Cartesii statuta, illius Philosophemata nunquam censet admitrenda sine defectu, multa incautiùs dicta & limam Theologicæ *àncipitiaz* non sustinentia, per paragraphos complures, nominatim 26, 27. & seqq. ad 40. usq; cordatè refellit; multa tamen etiam multis laudibus extollit, ac totius Dissertationis suæ hoc facit initium: *Renatus Cartesius, gente Gal- lus, provinciâ Armoricus, genere nobilis, jure merito inter summa nostri seculi ornamenta est reponendus. Insignis fuit Mathematicus, ut, cumquis dixeris hujus ævi Archimedem, non satis dixisse videatur. Et cum Scepticis obviam ire vellet, heroicum aggressus est consilium, procedendû in rerum physicarum disquisitione methodo mathematicâ, & Phænomena Natura, si potis esset, per geometricas demonstrationes explicandâ. Licet autem sui voti damnatus per omnia non fuerit, cum in magnis satis sit voluisse, generosi ejus in eo conatus suâ laude dignissimi sunt. Nec dubitem quin multo longius & explicatiùs in natura mysteria enucleandis fuisset processurus, nisi defuissent sumptus necessarii &c. — Optimè illum in multis meritam fuisse de publico qui negaverit (NB.) is vel malitiosa invidia vel supina ignorantia justum stigma non poterit declinare.* Subjecto verò brevi & nervoso ejus elogio è cap. 21. art. 5. Tom. 11. *Isagoges Generalis ad Hist. Joh. Baptista de Rocoles Historiographi Regii*, ita pergit §. 3. *Prout autem in hunc usq; diem mihi gratulor, quod gavisus fuerim illius Herois & notitiâ & amicitia quoad vixit, sic nunquam me penitebit aliquid ad honoris sui propagationem & vindicias contulisse, &c.* in quibus ait sperâsse se Cartesii ad religionem Evangelicam transitum, nisi per quorundam Antistitum rixas fuisset factus ab ea alienior. Iplemet Admirandæ methodi author, quo nemo unquam in Cartesium in vectus est vehementiùs aut dixit contumeliosiùs, non potuit tamen non

p. 10. immiscere mediis convitiis hæc verba : *Interius dotes, si in tenebras non laboraret offundere, predicarem ipsi: ingeniosum enim quis eum esse neget? Et Reinerus Vogelsang, inter Adversarios Cartesii nequaquam mirissimus, in Indignatione justa: Verum enimverò, ait, de dubitatione Cartesiana qua disputata sunt habemus, non in eam partem rapi velim, quasi nimirum cordi mihi sit unversum aut promiscuè suspecta reddere Cartesii Philosophemata, vel contemptum illi, si qua possim, conciliare. Agnosco Viri Sagax ingenium, qui non pauca certè, tanquam ex aëre pectoris edidit egregia responsa*

s. 4a. p. 69.

Certius & rectè multo ratione magis, quàm Pythia qua tripode e Phœbi lauruq, profata unquam fuit. Itaq, non parum errat meo iudicio, qui non illum habeat pro Philosopho non infimi subsellii.

p. m. 47. Ita primarum in Medit. Cartesianas Objectionum Author (quem doctum quendam Fœderati Belgii Theologum esse Typographus indicat immediatè ante objectiones V. cas.) ad Collegas & Amicos suos hæc percribit : *Est sanè Dn. Cartesius, quantum animadverto, Vir ingenii maximi, summaq, modestia, quales vel ipse Momus amet si adsit. Antonius Arnauldus, Doctor Theologiæ Sorbonicus, Author IVtarum Objectionum (è quibus evidens est quàm in multis à Cartesio dissentiat) sub initium epistolæ ad Virum Clarissimum, Quid enim vis Tibi? scribit: Meum de Authore iudicium non expectas, cujus summam ingenii vim eruditionemq, singularem quanti faciam, jam pridem nôssi. JOH. BAPT. du Hamel, perpetuus ferè, at moderatus, Cartesii in Variis suis scriptis Antagonista, fusiùs tamen ejus Philosophiam ac methodum Philosophandi laudat de Consensu Vet. ac Novæ Philof. Lib. I. Cap. ult. ac ita tandem concludit: Hac idcirco de Cartesii Philosophia præfatus sum, quod eam à me damnari & invisam quoq, haberi nonnullis existiment: idq, ex Dialogis quos non ita pridem in lucem emisi [de Meteoris puta & Fossilibus, in quibus Cartesii hypotheses haut rarò satis rigidè perstringuntur] At nunquam, quod meminerim, Simplicius, qui primas inter collocutores tenet, sed Theophilus tantum vulgari Philosophia addictus, Cartesium, ut reliquos recentiores, insectatur. Ingeniosissimo autem huic Gallo meritò jungimus acutissimum Anglum Henricum Morum, cujus utriusque una ferè methodus est ac studium idem, urgendi hinc*

hinc inde Cartesii Philosophemata magnis certè dubiis ac difficultatibus, prout vel ex uno hujus *Enchiridio Metaphysico* videre est. Attamen incorruptum ejusdem de Philol. Cartesianæ judicium si quis desideraverit, id quidem legere licebit ex Epist. ad V. C. Anno 1664. Londini typis expressa; in qua, postquam non paucos Cartesianæ Philosophiæ defectus adnotâsset, & ad tria potissimum causarum genera modestè revocâsset, quidquid uspiam lapsus esset Cartesius; §. 12. ac 13. tandem multis probat injustè Cartesianum ab imperitis vulgò Atheismi insimulari, existentiam DEI ipsum perfectissimâ demonstratione probâsse, de animæ immortalitate rectè & sincerè sensisse &c. tandemque pag. 19. sic concludit: *Nihiligitur restat, quod sciam, ob quod Cartesius Atheismi suspectus esse possit, nisi quod merito audiat omnium Philosophorum Præcellentissimus. Est enim fanaticum quoddam genus hominum, qui, quanto quis Sapientior sit Naturæq; consultior, tanto eum semper autumant ab omni religione alieniorem.* De progressibus autem ejusdem in Philolophia Naturali sic judicat p. 33. *Aliquid autem in rebus naturalibus sciri posse tam clarè edocuit Cartesius, ut nemo sit qui de eo dubitet quin de Mathematicis demonstrationibus eundem necesse sit dubitare. Imò verò, ut liberius dicam excussa hæc injuriâ modestiâ ac sepositâ, si intra communes utriusq; Philolophia limites nos contineamus, tantundem scivisse Cartesium statuere oportet in investigandis Natura causis, quantum ignoravit Aristoteles.*

XVI.

Equid autem hæc Cartesii & Philosophiæ Cartesianæ elogia huc congestimus, si tanti non sunt ista nomina ut ipsis nostra subscribere, & augere Sectæ numerum, dignemur? Equidem, si propositum nobis fuisset Philosophiæ illi ejusque Authori Panegyricos conscribere, ea hic accumulanda fuissent encomia, quæ de *Geometria Cartesii*, stupendo certè opusculo, passim circumferuntur, ea huc transcribenda monumenta egregia, quæ denato in Suecia Renato, Holmiæ quidem Christianissimi Regis LUDOVICI XIV. Legatus Ordinarius *Petrus Chanut*, Lugduni-Batavorum autem *Marcus Zucrius Boxhornius*, posuerunt; colligenda porro, quæ in laudem demortui ad Amicos Holmiâ perscripsit Laudatissimus modò Chanutus, quæ ad viventis etiamnum effigiem Nobilissimus *Hugenius* subscripsit; implendæ denique hæc pagellæ

Vid. Daniel
Lipstorp.
Spec. Philos.
Cartes. p. 19.
seqq.

pagellæ cumulâtissimis illis laudibus, quibus ejus discipuli tantum non ad cœlos extulerunt Magistrum suum. Enimverò, uti solent plerumque hujus generis encomia domestica modum excedere, ex affectu amoris exsuperante profecta, & ex adverso calumniarum nomen vix effugere quæ ab iis in oppositum dicuntur, quibus vindictæ cupido calamum acuit, aut invidia; ita, quæ mediæ essent generis testimonia, iis auctoribus prognata, qui Cartesii dogmata non approbarent promiscuè cœco hominis amore abrepti, nec odio inconsiderato ducti damnarent omnia, ea verò omnium visa sunt fide dignissima, & ad præsens hoc institutum nostrum apprimè facientia; uti nempe constaret Viris cordatis ac de existimatione fama que proximi, etiam ignoti, etiam exteri, etiam adversarii, prudenter & ex æquo statuere doctis, nec usque ad eò nihili hominem fuisse Cartesium, nec ad eò execrandam ejus Philosophiam esse, uti quidem vulgò ex aliorum ore vociferantur ii plerumque qui neque quis, aut qualis, fuerit homo ille, unquam habere perspectum, neque scriptorum ejus quidquam, præter primam fortè Meditationum paginam legerunt. Hæc ipsa verò, quæ sic constare Lectori cordato exoptamus, aliâ planè fini, quàm ut exossimæ sectæ patrociniū sulciperemus, adducta sunt: Scilicet (qui est scopus præsentis dissertationis unicus) ut *μάχασαν* illam omnino tandem excuteremus aliquorum manibus, quâ Philosophiam Cartesianam confodere dum connituntur, inlimum omnis recentioris Philosophiæ jugulum petunt.

XVII.

5. Nimirum, ut ultimam vocis *Cartesianorum* significationem nunc expendamus, eò res venit hodiè, ut, è crassissima quadam ignorantia, nonnulli promiscuè pro Cartesianis statim habeant & proclamant eos omnes, qui desierunt esse Aristotelici, vel, ne deserto quidem penitus Aristotele, à quibusdam saltem ejus decretis, manifestâ veritate convicti, discedunt; id quod usu nuper admodum venit *Honorato Fabry* Jesuitæ, qui, cum pro Aristotelis autoritate ac hypothésibus, quantum quidem citra notam imprudentiæ fieri potest, assiduè deceret inter recentiores, necesse tamen habuit epistolâ in publicum emissâ inustam sibi ab imperitioribus *Cartesiānsimi* maculam eluere. Scilicet, ab Aristotele cum nemo luculentius & cum majore concurrentium undiq; assensum applausu discessionem fecisset quàm *Cartesius*, vix aliquâ tamen

Cartesiani prorsus abusive sic dicti.

tamen facta, nedum in honorificâ mentione Aristotelis, nec re-
 ratis ullibi ex professo ejus hypothefibus, dum alii jam antè Viri
 celebres & magni, *Verulamius, Gassendus* & horum fimiles, in Phi-
 lofophiam Aristotelicam acerbiffimè invecti, à capite ad calcem
 ferè indituta severâ anatome, fingula ejus membra concerple-
 rant, errores ejus & abfurditates totis plaustris dimenfi; non in
 hos, etfi crudeliores multò Magiftri adverfarios, fed in illum iftis
 feliciorè, oculos & arma converterunt omnes, ita non immeri-
 tò quibusdam ex invidia magis quàm ex jufto, ob iilaram Philofo-
 phiæ ipforù injuriam, dolore pugnare vifi. Ex eo tempore non nifi
Chriftiana Philofophia in omnium ore & plurimorù odio erat, ac ea
 quidem rerum facies, ut mutata fervitus, non fublata, & in loco de-
 jecti lolii Stagitræi thronù erexiffe *Des-Cartes* videretur. fic ut per
 fuccedentia tempora multi, afferendæ vindicandæque Aristoteli
 fuo tot fecutorum dignitati unice intenti, nec tam legere recen-
 tiorum fcripta quàm delere ac æternùm expungere parati,
 non aliam porro philofophantium differentiam agnofcerent
 quàm Aristotelicorum ex una, & Cartesianorum ex altera parte:
 atque adeò etiam nunt hodie, progrefuum eorum, quos hæcenus
 in Anglia, Gallia, Italia & in media Germania fecit Philofophia,
 Naturalis præfertim, ignari, quicquid in lucem editum, dictum,
 fcriptumve vel obiter in audierint, quod à Peripateticæ Philofo-
 phiæ fundamèntis difsentiat, id Cartesianum effe statim clami-
 tent, vel ex ea fola ratione, quòd Aristotelicum non fit. Verùm,
 ô Mei, quod in fperam ac folatium veftrum affero lætum nuncjùm,
 non obtinuit, quam affectâffe videri poterat, authoritatem illam
 Dictatoriam Cartesianâ Philofophia, quâ Vefter Peripatus tot fe-
 culis effulfit, ac ceffant indies magis magisque Viri Philofophi
 effe non Aristotelici tantum, fed etiam Cartesiani, imò corda-
 tiores plerique, cum effe Aristotelici femel defierint, abire in Car-
 tefianos aut uni certæ fectæ fe addicere, nunquam poffunt. Po-
 fteaquam enim, apertis tandem oculis & remoto perniciofæ in
 Philofophia credulitatis glaucômâte, ipfo Sole clarius viderunt,
 non valuiffe unum Aristotelis ingentum omnem Naturæ immen-
 fitatem emeriri, iidem nunc iisdem oculis evidentiffimè vident,
 non magis rei tantæ unum Cartefium, quàm unum Aristotelem,
 fufficere potuiffie fic ut junctis nunc viribus potius & comunicatis
 confiliis invicem manu fe ducere in erutendis Naturæ arcanis ma-
 lint,

*Philoso-
 phorum
 genus O-
 ptimum.*

liet, quàm ducem unum cœcâ sequi obedientia, tot œculis plura
 visuri quàm uno; adeo ut ex eorum numero, qui post Cartesii tem-
 pora cum laude aliqua philosophantur, paucissimos sis reperiturus
 Cartesianos. Habet mehercè! Gallia, præter *Gassendi* sui asse-
 clas, cum decenti tamen libertate, innumeros & Philosophiz
 Cartesianæ in quamplurimis adversarios, etiam *Hamelios, Fabros,*
Chambræos, Auzutos, Petitos, qui, ut magni faciant aut non con-
 temnant saltem ingeniosa Cartesii cogitata, in iis unis tamè ut ad-
 quiescant, impetrare à se nunquam possunt. Effert Anglia Magnum
 suum *Baconem Verulamium*, ejusque prudentissima provehendæ
 Philosophiæ consilia potius, in eum finem ex instituto Regis
 laudabili Societate, certatim exsequuntur *Boylei, Hookii, Wrenii,*
Louveri, Mori, & novis subinde domi, forisque, regio quoque
 sumtu, faciendis experimentis excolendæ indies Philosophiz in-
 cumbunt magis, quàm excultam & perfectam à Cartesio cre-
 dunt; etsi multum & hunc contulisse non inficientur: Fovet Ita-
 lia quoque suos *Campanos, Cassinos, Malpighios, Montanarios, La-*
mas, Barbatos: Orrentat Dania *Bartoliinos, Borrichios, Stenonios*
 genuitque Germania quoque nostra *Kircheras, Guerickeios, Schot-*
tos, Weigelios, Eckardos, Majores, Reyheras, aliosque, qui Natu-
 ralis Philosophiæ augmentis multum de suo quotidie adjuvant, de
 Cartesio non magis quàm de Aristotele solliciti. Nimirum id
 ævinunc degimus (sit Laus & Gloria pacis amantissimo Numi-
 ni!) quo non amplius pro Sectæ aut Ducis honore magis, quàm
 pro sancta veritate, pugnare convitiando & calumniando so-
 lent Philosophi, sed pro una veritate maximè solliciti plerique, al-
 teri alterorum inventa & cogitata placidè modesteque; examinant,
 ex optimis optima seligunt, sua, pro suo quisque modulo superan-
 dentes, ac missâ adeò factâ Philosophiâ sectariâ omni, Ecclesi-
 am colentes, quam unam esse veram & genuinam philosophan-
 di rationem alio die, si volet DEUS, uberiùs ac plenius demon-
 strabimus,

XVIII.

6.
 Totius
 Disserta-
 tionis bre-
 viarium.

Hæc itaque præsentis Dissertationis nostræ summa effo: In
 Philosophiâ Naturali (de reliqua namque statuam alii, quibus ibi
 plus juris est) Dictatorem agnosci nec Aristotelem volumus ab
 Auditoribus nostris, nec Cartesium, nec ullum denique vel inge-
 niosissimum Philosophum: Natura namque adeò dives est ope-
 rum divinorum ac stupendorum, ut injuriam ipsi, & Authori ejus
 poten-

potentissimo sapientissimoque, inferre meritò videatur sanæ & non præoccupatæ rationi, qui causas eorum & rationes omnibus numeris absolutas ab angustia unius hominis cerebro non capi tantum, sed erui, inveniri, evolvi potuisse credit. Quinimò hoc tantum opus intra hominum junctim omnium vires positum reputantes, id agimus unice pro virili nostra, ut ex iis causis quæ singulis Naturæ phænomenis hæctenus assignata sunt, sive ab antiquis sive à recentioribus Philosophis, optimas & convenientissimas quasque hinc inde seligamus, quæ certæ sint & exploratæ, quæ vero tantum similes, quæ minus aptæ denique aut nullæ videantur, placidè modesteque moneamus; neminem adeò Philosophorum profusè aspernandum (vix enim est, qui non vel uno invento aut ingenioso cogitato laudem sibi promeruerit,) neminem, quòd vel Aristoteli vel Cartesio repugnet, aut nostris ipsorummet hypothèsibus moderatè adverteretur, ideò prosequendum odio aut convitiis proscindendum existimantes, sed econtrà Philosophiæ Cultores ingenuos ab anilibus istis ac homine, nedum Philosopho, maximè verò Christiano, indignissimis altercationibus, pusillaque illa ac in omnem rem literariam publicamque injuria ac perniciosissima rixandi & calumniandi libidine, quantum in nobis est, avocare omni studio commisitentes. Multa Platonem, multa Democritum, Epicurum ac cæteros antiquiores Philosophos, Aristotelem etiam non pauca, de Natura & naturalibus rebus & prudenter statuisse, subinde docemus; & si plus veri ac certi hoc nostro Seculo, quàm superioribus, circa cœlestia pariter ac terrestria Phænomena, detectum dicimus, ita tamen id dicimus, ut non tam ingenium istis ac laborum tolerantiam, quàm ea organa, eamque experimentandi methodum ac media, quibus moderni Philosophi adeò feliciter utuntur, defuisse candidè moneamus: Vim inferri simplicitati fidei à subtilitate Philosophica nec aliàs unquam probavimus & ex eo tempore maximè doluimus, quò rudiorẽ plebeculam *κατὰ φύσιν* & ab ea simplicitatis in credendo necessitatem ac utilitatem discere divinitus nobis contigit, idque monere & inculcare cum aliorum potius nunc quàm nostrum munus sit, non cessavimus tamen hæctenus vel exemplo nostro docere Academicos auditores nostros, quàm reverenter habenda sint cœlitus revelata & quàm non temere, è Philosophia in Theologiam transfiliendum ac modus aliquis loquendi novus.

ac subtilior, in Philosophia licet tolerabilis ac fortè non inutilis; ad res fidei statim transferendus sit; ut qui pro cathedra nunquam, in sermone familiari rarissimè, majoris momenti controversias Theologicas attingimus, earum inde rerum non nemini fortè prorsus ignari, nec invitè, visi. In Sacrosanctis divinarum literarum mytteriis exclusam prorsus volumus affectatam frustra & inutiliter *Scientiam*, ac dominari simplicem ac piam *Fidem*, dicentis quippe infallibilitate firmissimè mixam: In eruendis Naturæ arcans, horumque causis præsertim eruendis, *Scientiam* querimus unicè & exulare *Fidem* jubemus, ob dicentium fallibilitatem quippe incertam ac nullius pretii; atque adeò, si quid vel ab Aristotele aut alio ex antiquioribus rectè dictum, vel à Cartesio aut alio quopiam è recentioribus veris certiusque edoctum laudamus, nunquam id quidem ideò, quod aut Aristoteles, aut Cartesius, aut quisvis denique alius, sed quòd, quisquis tandem dixerit, ingeniose & cum ratione dixerit, laudamus: ita nostros à *Senariis Philosophia*, quantum in nobis est abducentes, & ex adverso volentes ipsis commendatissimam ac deamandam unice *Eclecticam*.

T A N T U M.

*Ne vacua esset residua pagella, sequentia placuit
subnectere*

COROLLARIA.

I. Eò dementiæ, proh dolor! hodie processit vana quorundam temeritas, ut, vel ingeniosi vel Illustri loco nati videri gestientes, Atheismum aut stultè simulent, aut impudenter etiam profiteantur, tanquam proprium magnis animis & ingeniis. Nobis autem contra planè persuasum est: Ex homine sanâ ratione prædito fieri Atheum non antè posse, quàm is in equum aut mulum degeneraverit.

Mundo exesse DEUM, est wax bovis, haus hominis!

II. Non

II. Non solum enim τὸ πρῶτον τὸ θεῖον manifestum est in omnium hominum mentibus ; sed è corporis humani quoque, imò brutorum quorumcunque fabrica (de cœteris universi admirandis nihil dicam) ἡλθὶς αὐτῷ δὲ ἄρα καὶ δεύτης καθόρται, ut Apostoli verba quædam nostra faciamus : Imò vel in uno oculo. ipsis oculis quasi videre DEUM licet.

III. Quod Aristoteles dicit Lib. III. de An. t. 6. Intellectus sive mentis nullum esse organon, intellige, quo utatur in operationibus propriis; id verò nobis indubium est & exploratissimum.

IV. Est enim anima rationalis non immateriata & incorporea tantum, sed & immaterialis & inorganica.

V. Quemadmodum ex opposito brutorum anima non materialis tantum & organica, sed & materiata, & corpus quoddam, est.

Vivat **ARISTOTELES!** *Perstent antiqua
Sophorum*

Nomina, qua, si non omnia, multa docent.

*Nec tua nos urit. DES-CARTES, gloria! Ser-
vos*

Qui tibi, qui ve istis nos velit, is valeat.

Sic animum inducti KRAUSSI: sic pergito: Namq.

Hoc est antiquos cum ratione sequi.

Ita

Multa eruditione, animi probitate, de-
centiq; erga Veteres pariter ac mo-
dernes Sapientes reverentiâ conspi-
cua Domino Respondenti, Amico
suo Dulcissimo

applaudis

PRÆSES.


Carte-

Carus *ariste* fiet, quem consuetudo loquendi
 Plebeja nunc *Cartesianum* nuncupat,
 Difficile est dictu. Prius *arsectarius* ille
 Sit, sciscitare; tumque jure vapulet.
 Quam * *vilis sectator* enim, qui nauleat istic,
 Si quid Stagiram salivam non sapit;
 Tam *vanis certis* studiis, velut ostrea laxo
 Si quando soli adhaereas Cartesio.
 Dente Theonino sed qui modo rodere nolit
 Cartesium, unde saepe *nautilus serua*
 (Cum tamen in cunctis palmam non deserat) illi.
 Verumque malit quam Virum sectarier)
 Non magis is carpendus erit, convicia quam si
 Vibrare nolit in Stagiram Senem.
 At si quem *mutare scias* in rebus apertis;
 Is pessimus *Cartesianus* audiat.
 Quae Tu, qui *certis variis*, doctissime Kraus,
 Dum permodeste & erudite disputas,
Curasti sane feliciter id, quod amica
 Jam visa dudum postulare veritas.
 Tu maledicta cave; Tu *certa sanius* inter
 Dissentientes, *sana scire* Tu stude.

* Aristotelicus.

Sic felicissimis Eximii Dn. Respondentis,
 Amici estimatissimi, conatibus ap-
 plaudit

M. G. P. Röttenbeccius Alumn. Noric.
 & Oecon. Inspector,




Carus *ariste* fiet, quem consuetudo loquendi
 Plebeja nunc *Cartesianum* nuncupat,
 Difficile est dictu. Prius *ansectarius* ille
 Sit, sciscitare; tumque jure vapulet.
 Quam * *vilis sectator* enim, qui nauleat istic,
 Si quid Stagiram salivam non sapit;
 Tam *vanis certis* studiis, velut ostrea saxo.
 Si quando soli adhæreas *Cartesio*.
 Dente Theonino sed qui modò rodere nolit
Cartesium, unde sæpe *nautilus serice*
 (Cum tamen in cunctis palmam non deserat illi,
 Verumque malit quam Virum sectarier)
 Non magis is carpendus erit, convicia quam si
 Vibrare nolit in Stagiram Senem.
 At si quem *mutare scias* in rebus apertis;
 Is pessimus *Cartesianus* audiat.
 Quæ Tu, qui *certis moribus*, doctissime Krausi,
 Dum permodeste & erudite disputas,
Curâsti sane feliciter id, quod amica
 Jam visa dudum postulare veritas.
 Tu maledicta cave; Tu *certa sanius* inter
 Dissentientes, *sana scire* Tu stude.

* Aristotelicus.

Sic felicissimis Eximii Dn. Respondentis.
 Amici æstumatissimi, conatibus ap-
 plaudit

M. G. P. Röttenbeccius Alumn. Noric.
 & Oecon. Inspector.




* Aristotelicus.

Carus an iste fiet, quem consuetudo loquendi
 Plebeja nunc *Cartesianum* nuncupat,
 Difficile est dictu. Prius *an sectarius* ille
 Sit, sciscitare; tumque jure vapulet.
 Quam * *vilis sectator* enim, qui nauleat istic,
 Si quid Stagiram salivam non sapit;
 Tam *vanis certis* studiis, velut ostrea saxo
 Si quando soli adhæreas Cartesio.
 Dente Theonino sed qui modò rodere nolit
 Cartesium, unde sæpe *naedus seris*
 (Cum tamen in cunctis palmam non deserat illi,
 Verumque malit quam Virum sectarier)
 Non magis is carpendus erit, convicia quam si
 Vibrare nolit in Stagiram Senem.
 At si quem *mutare scias* in rebus apertis;
 Is pessimus *Cartesianus* audiat.
 Quæ Tu, qui *certis novis*, doctissime Krausi,
 Dum per modestè & eruditè disputas,
Curâsti sane feliciter id, quod amica
 Jam visa dudum postulare veritas.
 Tu maledicta cave; Tu *certa sanius* inter
 Dissidentes, *sana scire* Tu stude.

Sic felicissimis Eximii Dn. Respondentis,
 Amici æstumatissimi, constibus'ap-
 plaudit

M. G. P. Röttenbeccius Alumn. Noric
 & Oecon. Inspector.



Carus amiste fiet, quem consuetudo loquendi
 Plebeja nunc *Cartesianum* nuncupat,
 Difficile est dictu. Prius *an* *sectarius* ille
 Sit, sciscitare; tumque jure vapulet.
 Quam * *vilis* *sectator* enim, qui nauscat istic,
 Si quid *Stagiræam* salivam non sapit;
 Tam *vanis* *cerras* studiis, velut ostrea saxo
 Si quando soli adhæreas *Cartesio*.
 Dente *Theonino* sed qui modò rodere nolit
Cartesium, unde sæpe *naedus* *seria*
 (Cum tamen in cunctis palmam non deserat illi,
 Verumque malit quam *Virum* *sectarier*)
 Non magis is carpendus erit, convicia quam si
 Vibrare nolit in *Stagiræum* *Senem*.
 At si quem *nutare* *scias* in rebus apertis;
 Is pessimus *Cartesianus* audiat.
 Quæ Tu, qui *certis* *navias*, doctissime *Krausi*.
 Dum permodestè & erudicè disputas,
Curasti sanè feliciter id, quod amica
 Jam visa dudum postulare veritas.
 Tu maledicta cave; Tu *certa* *sanius* inter
 Dissidentes, *sana* *scire* Tu stude.

* Aristotelis
 cus.

Sic felicissimis Eximii Da. Respondentis,
 Amici æstumatissimi, conatibus ap-
 plaudit

M. G. P. Röttenbeccius Alumn. Noric.
 & Oecon. Inspector.

